In nomine domini amen. Quoniam humana memoria eternitati non committitur, expedit igitur ut ea que in humanis negociis geruntur
ad perpetuitatis certitudinem proborum hominum testimonio et sigillorum appensione deducantur. Nos igitur Dorothea de Kalynowa post generosum dominum Nicolaum
de Konyeczpole capitaneum olim Premisliensem relicta Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris Quod considerantes laboriosum Bernardum
molendinatorem nostrum in Waschoscze in suo molendino hereditario super flumen Wyala locato multa incommoda cum propter vias malas ac penuriam reparacionis [illegible]
versus dictum molendinum ducentes cum paucitate molendi ex ipso molendino proventuum sustinuisse Volentes ergo ipsum in melius stabilire [illegible] bona nostra
dotalicia in suis proventibus decrescerent ex recessu ipsius aut post suorum successorum attendentes quod eius diligenciam in suo regimine et sollicitudinem circa [illegible]
de ipso molendino [illegible] speciali ipsum et suos successores favore retinere et consolari volentes mediante consilio [illegible] et aliorum nobilium [illegible] sibi privilegium
pro dicto molendino dare et de presenti damus secundum quod [illegible] antiqui super eodem privilegii [illegible] aliud renovare cupimus et [illegible]
Ita quod supranominatus Bernardus dictum molendinum in Waschoscze ex parentum suorum [illegible] et [illegible] successione et prescripcione tenuit habebit tenebit
possidebit quod perpetuis temporibus et sui legitimi successores poterit quod aut poterunt edificare reparare ubi sibi aut suis successoribus melius et efficacius videbitur ad utilitatem
[illegible] in flumine Wyala incipiens qui fluit de civitate Lelow in villam Waschoscze iure hereditario Cum agris duorum stadiorum superius dictum molendinum [illegible]
Cum orto uno penes flumen Wyala sito et prato ex utraque parte fluvii dicti Marzaczka [illegible] infra molendinum etiam ex utraque parte fluvii Wyala vocato Kleczka
Et ultimo penes fluvium Wyleza incipiens Potrzywla Item Novalia etiam duorum stadiorum [illegible] Bernardi [illegible] penes viam et pontes versus Lelow
[illegible] Item piscaturam parvam et piscaturam piscium liberam supra et infra flumen Wyala quantum se prata extendunt nulli alteri nisi voluntate
molendinatoris libera Quod quidem molendinum habebit duas rotas pro molitione frugum unam et pro [illegible] alias Stapa aliam in quo potens erit edificare
omnia emolumenta ex [illegible] recipere Kmethones etiam nostros [illegible] obligamus alias nullibi [illegible] molere nisi apud dictum Bernardum et suos in eodem
molendino successores Et quotquot exteros ad se attrahere poterit ad molendum omnes fructus exinde venientes tercium granum percipiet Item lapides pro molendino ipse
Bernardus cum suis posteris suis sumptibus et impensis emere obligatur Vecturam vero dictorum lapidum ipsi kmethones cum tabernatoribus de eadem Waschoscze
iuxta consuetum morem antiquum tenebuntur Item ipsum molendinatorem ad nullum ius obligamus preter quam nos vel nostri [illegible] successorum [illegible] Censum [illegible]
annualem nobis vel nostris posteris unam marcam cum media communis pecunie pro festo sancti Martini gloriosi pontificis solvere sit astrictus perpetuis temporibus [illegible]
Bernardus cum suis successoribus ipsum molendinum poterit vendere donare commutare et in usus beneplacitos [illegible] convertere prout sibi aut suis posteris legitimis melius et
valuerit expedire videbitur In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum Actum et datum in Castro Lelowiensi feria sexta infra octavas Penthecostes Sub
anno nostre salutis Millesimoquadringentesimononagesimooctavo presentibus ibidem nobilibus dominis Andrea Sadowsky burgrabio Lelowiensi Johanne Rogaczewsky Johanne
Kuczkowsky Johanne Konopniczky advocato Novopoliensi [illegible] Ostrowsky procuratore Novopoliensi [illegible] Thelonatore Regie maiestatis in Lelow

1498

9314

In Actis Terr[um]ibus Lelowiensibus Regio Prussiis
Die 23a Mensis Augusti Ao Dni 1798o
Praesens Privilegium per Oblatam porrectum et
susceptum — Attestor Radwański